

22nd Sunday after Pentecost Matt 22: 15-21

IN illo témpore: Abeúntes pharisæi, consilium

iniérunt ut cáperent Jesum in sermóne.

Et mittunt ei discípulos suos cum Herodiánis,

dicéntes: Magíster, scimus quia verax es, et viam

Dei in veritáte doces, est non et tibi cura de

áliquo: non enim réspicis persónam hóminum: dic

ergo nobis, quid tibi vidétur: licet censum dare

Cæsari, an non?

*Cógnita autem Jesus nequítia eórum, ait: Quid me
tentátis, hypócritæ? osténdite mihi numísma
census.*

At illi obtulérunt ei denárium.

*Et ait illis Jesus: Cujus est imágo hæc, et
superscriptio?*

Dicunt ei: Cæsarís.

*Tunc ait illis: Réddite ergo quæ sunt Cæsarís,
Cæsari: et quæ sunt Dei, Deo.*